



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 1. Periculosa. Noxia. Ex Veteri. Novo. Patribus, & alijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

Dico Domino meo: Deus meus es tu; & dicit mihi Dominus meus: ego Dominus Deus tuus. Homo, cujus Deus est, quid amplius querit? si sufficit tu Deo, sufficiat tibi Deus. Esto tu Dei; & erit tuus Deus tuus. S. Cyprianus de Ascens. Chr.

Quando cupiditate flagras; cogita, quoniam sis perventurus. Si te in terram dissolutum iri consideraveris, reprimetur cupiditatis furor. Terra es, & in terram reverteris. S. Gregorius Nyss. orat. 2. in hominis procreationem.

Varia de avaritia.

Judæi modo facti sunt spongiæ, & san-

TITULUS XXVII.

AULA.

§. 1.

Periculosa, noxia.

Ex Veteri, & Novo.

Accidit, ut peccarent duo Eunuchi. Gen. 40. 1. Judæi dicunt, peccatum pincernæ in eo fuisse, quod musca inventa fuerit in poculo Pharaonis; pistoris verò, quod pilus in pane. Olear. Hoc communiter servis principum evenire solet, ut propter facilem causam in carcerem detradantur; & unâ horâ perdant, quod totâ vitâ meruerunt. Varia, & injusta res, est principis animus; ut qui pro minimo hominem evehat, & pro nihilo deprimat. Alvarez in Joseph illustr. Illustr. 122. Aula, & aura, unâ tantum litæra distant.

Quomodo palam factum est verbum illud. Ex. 2. 14. Vide, quam instabiles aulae honores. Moyses, adoptatus in filium regis, pellitur in exilium. Verè dixit Philo libro: quod Deus sit immutabilis: sicut affluxum maris sequitur paulò post refluxus; sic rerum caducarum affluentiam sequitur mox resluentia. S. Athanasius, cum Juliani Apostatæ jussu Alexandriam in exilium pelleretur, & circa se Christianos lacrymantes videret, dixit: bonò animò esto te; nebula enim est, quæ citò evanesceat. Corn. à Lap. hic.

Seci David in conspectu meo: invenit enim gratiam in oculis meis. 1. Reg. 16. 22. ait Saul impurò oppressus spiritu. David tollebat cytharam &c. v. 23. S. Basil. Seleuc. or. 14. causam tantum triumphum deprehendit: Loquebatur tantum, & hostis vincebatur; & lyrae melos, velut telum jaciebatur in dæmonem. Quis audivit trophæum cantibus excitatum? Nè verò mireris, si cum regno in dæmonem quoque vires acceperit: nam Christi pater secundum carnem David fuit. Leones discerpit, & urfos, gigantem lapidis ictu dejecit; verum necesse fuit Christi patrem esse; ut dæmonem cantu ex aula pelleret. Naxera in Jos. 11. §. 26. David lace-

Polyanth. Sacr. Tom. I.

gustigæ regum, & principum: ut, cum collegerint sugentes sanguinem pauperum, evomant eis collecta. Et hoc processit ex avaritia principum. Hugo Cardinal in Psalm. 88.

Monstro similis est avaritia senilis. Quid enim stultius est, quod dici solet; quam viâ deficiente viaticum augere. S. Martinus Bra-car. Ep. in Maximis de moribus.

Extiterunt in omni tempore, & in nostra quoque ætate non defunt, sicut & boni pauperes, ita & boni divites. S. Prosper Aquitan. Ep. ad Sacram Virg. Demetriadem.

ravit ursum, & leonem; 1. Reg. 17. 24. sed in aula Saulis, quanta ei pericula! Naxera in Jos. 2. §. 50.

Ejicient se ab hominibus, & cum bestiis ferisque, erit habitatio tua. Dan. 4. 22. Ut Deum agnoscat, è curia expellitur, & in montium secessibus commoratur: Naxera in Jos. 11. §. 26.

Facta est tempestas magna in mari. Jonæ 1. 4. In mari periclitatur; in ventre ceti securus. Navis, aulae typus. Difficilius est inter aulicos inoffensum vivere, quam illasum inter feras servari. Naxera in Jos. 2. §. 50.

Stella Magis in aula radios retraxit. Math. 2. 9.

Tentabatur Christus à Sathana, & erique cum bestiis. Marci. 1. 13. sed illasus: non ita in aula Caiphæ, Pilati, Herodis. Naxera in Jos. 2. §. 50.

Joannes in deserto inter feras immunis, in aula Herodis decollatur. Marci 6. 28.

Ex Patribus, & aliis.

Mirum dictum est: nutritus (nobilis Salvi-næ maritus) in palatio, contubernalis, & discipulus Augustorum; quorum mensæ ministrat orbis, & terræ, & maria, serviunt; inter rerum omnium abundantiam, in primo ætatis flore, tantæ verecundiæ fuit, ut virginalem pudorem vinceret; & nè levem quidem in se obsceni rumoris fabulam daret. S. Hier. ep. 9. Ad Salvianam de servanda viduitate.

Arbor plena fructibus cælo relicto, ad terram demittitur; Luna, cum maximè luceat, & plena est, maximè abest à sole: sic dives, cum plenus est opibus, cælum non intuetur, Christum solem non respicit. P. Octavianus in Eccl. cap. 5.

Homines in curia sabbathizare non vidi: unde & in ea parte melior est conditio jumentorum. Petr. Bles. ep. 14. ad Sacellan. Aulic. Regis Anglorum.

Pro vanissima vanitate militant hodie nostri Curiales in labore, & arumna, in vigillis multis, in periculis magnis, periculis maris, periculis fluminum, periculis in falsis fratribus, in mortibus frequenter &c. in quibus gloriam martyrii mererentur, si hæc pro Christi nomine sustinerent. Nunc autem sunt martyres sæculi: per multas siquidem tribulationes intrant iusti in regnum colorum; hi autem per multas tribulationes merentur Infernum. Id. ib.

Idem ib. vocat aulam laboriosam, opertam mortis caligine, ubi umbra mortis, & nullus ordo.

Erat viro nobili in aula Wirtenbergensi canis; qui, ubi vel semel tantum ab aulicis canibus malè acceptus est; injuriæ, damni que memor, deinceps herum suum ad vestibulum tantum arcis aulicæ comitatus est; & mox domum recepti se in tutum. Observavit dominus canis sui tam circumspectum obsequium; & verè, inquit, meus canis plus me sapit: ego in aula toties pessimè habitus, indies tamen usque redeo. Drexel. Trifmeg. l. 3. c. 11.

§. II.

Aula mali mores, & Aulicorum.

TU forse divides populo huic terram. Jos. 1. 6. Nè ministris commiseris; non æqua fiet divisio. Bibulæ sunt ministrorum manus; quandoque ipse cultos, aut distributor, est raptor. Naxera hic §. 45.

Fecit Rex Salomon thronum - & 12. leonculi stantes super 6. gradus. 3. Reg. 10. 18. 20. Rex pacificus leonum ferocitate non debebat terrere, sed agnorum potius mansuetudine allicere. Apertè ministrorum regionum mores depinxit. Si quis ad regem accedere velit, medios inter leones gradi opus erit; quocumque se verterit, inveniet unguis. Pl. 103. 21. *Ca-tuli leonum rugientes, ut rapiant, & quarant escam sibi.* Naxera in Jos. 22. §. 20.

Helisæus implebat vasa vacua, & deficientibus vasis vacuis *stetit oleum.* 4. Reg. 4. 6. In curia verò contemnuntur vasa vacua; & plena implentur; ligna in sylvas, & aquæ in maria deferuntur. Petr. Bles. ep. 14. ad Sacellan. aulic.

Vox clamantis in deserto. Luc. 3. 4. In deserto, non in palatio. Ibi non clamat Christus, sed Justinianus; vel etiam Galenus bene auditur ibi, vel etiam minus; sed Christo indictum est silentium. Imò, quod pejus est, legitur Jer. 36. 23. quòd, cum volumen allatum esset in palatio coram rege *seriat illud, & projecit in ignem.* Hugo Card. hic.

Panes quinque, & duos pisces, distribuit Dominus quinque millibus hominum, &

impleti sunt *duodecim cophini* fragmentorum. Joan. 6. 11. 13. At Marci 8. 8. discipuli septem panes distribuunt quatuor millibus hominum, *septem* solum referunt *fortas* fragmentorum. Apostoli quidem fideles. Sed ut agnoscas, quàm divitiæ, etiam ministrorum probatissimæ conscientie, manibus mutantur. Pauciores panes in Domini manu augentur; plures in Discipulorum manibus minuuntur. Naxera in Jos. 1. §. 45.

§. III.

Aula sancta, & aulicis sancti.

ANima Jonathæ conglutinata est anima David. 1. Reg. 18. 1. S. Greg. thau. orat. in Orig. conglutinata est non anima David animæ Jonathæ, sed è contrà. Nec enim pars potior, cum sibi per seipsam sufficiat, deteriori se agglutinari sineret. Equidem tunc David à Saule petitus summè indigebat auxilio, sibi que videbat Jonatham affectum. An idè adhæsit filio principis, illiusque se pedibus alligavit? absit! David Deo nitens sic principis utebatur favore, quasi illius minime indigeret. Bæza t. 2. l. 6. c. 6. §. 2.


Judith imposuit Abra sue ascoperam vini, & vas olei. Judith. 10. 5. Sic defert cibos suos, ut non indigeat quidquam de principum mensis sumere. Addit præterea 11. 14.

Deum colo etiam nunc apud te. q. d. Non principis gratia, non favor, à Deo meo abalienabunt. Id. ib.

David in regali culmine monachi vitam imitabatur. S. Chrysostomus in Psalm. 20. Theodosius Imp. palatium sic disposuit, ut haud alienum esset à monasterio. Sacrates lib. 7. cap. 22.

Studiosè commendavit nobis Rex Joannes 3. eò ipsò die, quò primum eum vidimus, ut confessiones audiremus nobilium adolescentum, qui in ipsius comitatu essent: nam ipse mandatum edidit; ut nobiles juvenes omnes, qui aulam ejus frequentant, octavo quòque die peccata confiterentur. In hujus executionem mandati, & in ejusmodi adolescentes, ut nos invigilarem, sedulo, injunxit, cujus curæ hanc rationem dabat; si à puero iniverint cognoscendo, adorandoque Deo, deinde, cum maturerint, viros bonos evasuros. Porrò hi nobiles, quales fuerint, sine dubio plebem ad eorum exemplum formandam. S. Franc.

Rav. l. 5. ep. 2. S. P. N. Ulyssipone.



TITU.